

SALIS TARTARI; Deinde RATIONES VOLATILISATIONIS; Et tertio denique quem VOLATILISATIONIS GRADUM assecutum fit Sal Tartari in fermentatione cum proprio fermento facta.

Ex illis qui Salium naturam explicare conantur, quam plurimi sunt, qui Salia naturaliter in mistis existentia dividunt in plane FIXA & VOLATILIA. Ast verò divisio hæc Naturæ omnino ignota videtur; cum Sal fixum, prout Sal Tartari alcalifatū cæteraq; Alcalia fixa per incinerationem producta sunt, ante incinerationem in nullo corpore formaliter deprehendatur. Neque tamen dici potest, ante incinerationem Sal nullum in mistis præexistere (utpote quod maxima copia adest) & demum per Ignem quod nonnullis visum fuit, produci; Verum statuum esse existimo; Salia ante incinerationem volatilia, beneficio Ignis tanquam Causæ efficientis, ita inter se & cum particulis terrestribus colligari, ut fixa reddantur. Præsuppono scilicet, (utpote ab Helmontio & Tache-

che-